

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

reliquere; nec sic tamen a praetervolantibus et ex suis alveolis emergentibus usquequaque tuti esse potuere.

Crabronis in villulis instar magnorum balonum globos constiparant, quos nemo excitare ausus est iuxta illud: nolite crabrones excitare. Hoc genus animalium praesagium bonorum vinorum fuisse multi dictitabant, quod valde credibile fuit. Cum enim haec ex nimio calore creverint, non mirum, si etiam vinum per eodem calores perfectissime fuerit concoctum; hinc tanta eius praestantia. Haec turpia et venenosa animalia per subsequentis hiemis asperitatem et frigiditatem pleraque rursus extincta fuere, licet adhuc sequenti anno aliquae reliquiae comparuerint, quae certe vini nullam praesignarunt praestantiam.

Sexto die Decembris D. *Piringerus*, superioris anni iudex constitutus *Waidhofi* a Frisingensi regimine, etiam hoc anno sine ulla alia electione confirmatus est in hoc suo iudiciali officio.

Richterwahl.

Plurimi milites conscripti *Waidhofi* et vicinis locis fuerant pro aliqua ingruente summa necessitate in Ungaria. Mense tamen Dec. omnia eorum nomina delata sunt, neque enim adhuc a quopiam armati fuerunt, sed manserunt solummodo in expectantia.

Aushebung.

Fabula creditur, quod narraturus sum, sed ego, qui haec scripsi, propriis meis oculis vidi et cum alio expertus sum. Dum enim quadam vice mense Decemb., die IX., sero circa horam IX. a quodam bono viro domum irem, spectrum illud famosum et in illis locis *Waidhofi* frequentissimum, quod argentum vivum vel „Quecksilber“ nominant, in via mihi occurrit. Saepius quidem antehac de hac diabolica illusionem mihi dictum fuerat, at ego semper pro fabula et re vana et incredibili illud ipsum habui, donec occularis testis illud aspexi. Diabolicum enim hoc phantasma de divitis cuiusdam hospitis habitatione, cui saepius valde molestum fuit et contra quod frequentissime conquestus fuerat, celeriter excurrans nec minori festinatione per latiore plateam urbis instar alicuius globi flammam quasi ignitam de se proicientis properans et tandem ad sui Domini (nam is certe dicebatur eiusmodi famulum habere) domum irrepens. Id ipsum famulus, qui me domum cum face comitabatur, vidit et mihi primitus commonstravit. Possessor huius diaboli famuli ante paucos annos ita pauper fuerat, ut nemo illi mensuram vini, nisi praestita solutione, concedidisset. At brevi supra modum ditatus est, cum tamen nemo vel divinare vel conicere posset, unde illi tantae suppeterent divitiae. Erat enim pistor, ex quo illis annis in tantum divinari non potuit, cum aequae alii pistorum, qui plures illo panes vendiderunt, non ditescerent, neque praeterea aliqua haereditas illi obtigerat.

Quecksilber.

Aiunt vero rem ita se habere in acquisitione huius satanici praestigii: siquidem apud plures homines iam in